

Kleine Beiträge

Lehräußerungen der Kirche

Epistola „Quod S. Cyrillum“ (vom 13. Februar 1927; AAS 19 [1927] 93—96) „Ad RR.PP.DD. Archiepiscopos et Episcopos tum Regni Serborum-Croatorum-Slovenorum tum Reipublicae Cecho-Slovaecae: De Sanctis Cyrillo et Methodio, earum gentium Apostolis, commemorandis“.

Der Heilige Vater, Papst Pius XI., lobt die Absicht, das 1100. Jahrgedächtnis der Geburt des Slawenapostels Cyrillus zu feiern, und mahnt, ihn und seinen heiligen Bruder Methodius als Führer in Erhaltung und Herbeiführung der katholischen Einheit zu betrachten. „Quodsi oportet ut Slavicae gentes Cyrillum ac Methodium christianae vitae perfectius traducendae magistros adhibeant, at aequum profecto est ut vestri omnes, iis ipsis, quos principes olim romanae fidei seminatores ac satores habuerunt, non modo caelestibus Patronis, sed etiam ducibus in retinendo adipiscendove catholicae beneficio communionis utantur. Cum enim in utriusque animo illud Christi haereret, post novissimam Caenam divinum Patrem rogantis ‚ut omnes unum‘ discipuli sui essent, insiderentque pariter alte ea omnia quae Orientales Patres de oecumenica christianae Ecclesiae unitate tradidissent, Slavicas oves non ante pascere voluerunt, quam a Petri successoribus, quibus grex Christi universus commissus divinitus esset, pascendas accepissent“ (94). „Quare igitur miremur, si Cyrillus ac Methodius — quos Orientis filios, patria Byzantinos, gente Graecos, missione Romanos, apostolatus fructibus Slavos appellare licet — omnia omnibus facta sunt, ut catholicae Ecclesiae unitati omnes lucrarentur?“ (96). „Non sumus quidem nescii — ut verba Leonis XIII usurpemus — quot et quantae difficultates obsistant: praesertim cum plurimi sint, quibus est propositum eorum errorem retinere et propagare, qui acceptam a Cyrillo Methodioque fidem deseruerunt. Sed proximorum salutis animose inserviendum est, et in tuenda fidei catholicae unitate nullus recusandus labor¹. Immo etiam, prout idem Pontifex paulo ante monuerat, oportet ‚ut ii qui catholicae unitatis exsortes adhuc tamen duos Sanctos Viros in honore habent et reverentur, alliciantur ad appetendam concordiam et coniunctionem cum hac Apostolica Sede, considerantes quam absonum sit ab eius communione esse seiunctos, quam tamquam matrem et magistram coluerunt illi, quos ipsi habere fidei praeceptores fatentur‘².“ Der Heilige Vater billigt, lobt und segnet dann die Wiedervereinigungsbestrebungen und die beabsichtigten Unternehmungen.

¹ Ep. Bene cognitum, 14 Iulii 1881, ad Archiep. Pragensem aliosque Bohemiae Episcopos.

² Ep. Etsi perspecta, 8 Ianuarii 1881, ad Archiep. Iadrensem aliosque Dalmatiae Episcopos.